

XX.

3. Sed DEI est opus Iob. 6, 29. Spiritus Sancti est *χαρίσμα* sive donum 1. Cor. 12, 9. qui donat nobis, & quidem gratis. Fidem: Phil. 1, 29, ac operatur in nobis velle & perficere. Phil. 2, 13.

4. Neque verò DEVS ἀμέσως, immediatè, in hominum cordibus fidem excitat: sed ἐμμέσως sive mediatè (ordinariam si viam spectes) per Ministerium verbi & Sacramentorum.

5. Exponit igitur confessio nostra Articulo isto Quinto, eam Ministerij Ecclesiastici partem, quae est de usu, sive utilitate, quam ex eo homines capiunt, nimirum ut mediante Spiritu Sancto acquiratur Fides, qua meritum Christi ad salutem apprehenditur.

6. Quaestioni huius perquam cognata ac vicina sunt ea, quae tùm de efficacia Sacramentorum à malis atque improbis ministris administratorum: tùm verò de vocatione ministrorum Ecclesiae in genere moveri solent: quarum isthaec decimo quarto: illa octavo Confessionis nostrae Articulo pertractatur: Quas una vice expedire, haud fuerit inconueniens.

7. Ceterùm quoad Articulorum istorum variationem, expertus est Quintus virgulam censoriam planè indignam, quippè quae cramben illam de Evangelio predicante poenitentiam & arguente peccata, in precedente Articulo coctam, jam se-

à malis